tarum rerum et conditionum in eadem Invercisa contentarum de actu et data illius hic Premysliae feria sexta in crastino festi Sancti Mathiae Apostoli Anno praesenti una cum paragrapho confecta et conscripta, manibus suis Recognoscentium proprijs ab utrinq[ue] subscripta Actisq[ue] officij praesentis cum Interpositione Vadij summae Quadringentorum florenorum Polonicalium ad tenendum firmata et roborata et per Inscriptione roborationia, ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscens ab utrinq[ue] praestitam satisfactionem Quietant, emittunt, dimittunt, Liberosq[ue] et absolutos sese perpetuo pronuntiant. Invercisam eandem cum eius Inscriptione roboratoria in toto et per omnia Cassant, mortificant et annihilant sibi suisq[ue] posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Sabbatho post Dominicam Oculi Quadragesimalem proximo Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo.

26 | IIII

Pobidzinski Filio suo Cedit

1057 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premyslien[sibus] Generosus Andreas de Pobiedno Pobidzinski Subdapifer Novogrodien[sis], sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo, palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo impraescripto nimirum de summa Trium Millium florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per Generosum Vladislaum Ostrzycki Actis Terrestribus Premyslien[sibus] in positione Actorum communem Iudiciaria inscripta et su

per

per bonis eius proprijs et hereditarijs, videlicet tota et integra sorte
in bonis Villis Artamow Terrae et Districtus praesentis Premysliensis iacen et
Consisten modo obligatorio de anno ad annum ad soluendum assecura-
ta, nec non de eadem ipsa Inscriptione obligatoria, tum et de Contractu
certo inter se Recognoscentem ab Vna, et praefatum Gnosum Vladislaum
de Vnihow Vstrzycki parte ab altera ratione eorundem bonorum
tum et aliarum certarum rerum et conditionum in eodem Contractu
contentarum, de actu et data illius hic Premysliae feria Tertia post
festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno Millesimo
sexcentesimo Septuagesimo primo proxime praeterito confecto et con-
scripto, manibus Contrahentium proprijs ab vtrinque subscripto Actisque
Terrestribus Premyslien roborato eiusque Inscriptione Roboratoria, In-
scriptione praedicta obligatoria Contractu memorato, eiusque roboratione
Suo in tenore de praemissis latioribus, atque de literis superius recensitis cum-
parata bonorum eorundem Iurisque praesens Cessi Intromissione tuitione
euictione, pacificeque in huncusque per se Recognoscen continuata posses-
sione, Cumque omni praemissorum Iure Dominio proprietate, Compe-
tentiaque et praerogatiua quauis, omnibusque et singulis Inscriptionis prae-
dictae obligatoriae Contractus memorati et eius Roborationis Con-
ditionibus, punctis, clausulis, articulis et adiec, Ligamentis ac nexi-
bus in vniuersum omnibus, summae quoque suprascriptae Trium
Millium florenorum Polonicalium, et bonorum summa eadem onera-
torum vtilitatibus fructibus, prouentibus, redditibus Commodis, emo-
lumentis, obuentionibus, attinentijsque et pertinen generaliter vniuer-
sis, Nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis, ac Cuiusuis Compe-
tentiae et praerogatiuae per se Recognoscente, suisque successoribus aut
quopiam alio reseruando seu excipiendo, Verum prout praemissa
omnia et singula praesen resignata ipsemet Recognoscens tenuit ha-
buit et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime sequi-
ebant. Iam ex nunc et de facto Gnoso Martino de eadem Pocidno

Pociednicki

Pobidzinski, sui Recognoscentis filio et ipsius successoribus (: accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione :) cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentibus. Omneq et integrum Ius suum totum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Gnosi Martini Pobidzinski Filij Cessionarij sui eiusq successorum totaliter et plenarie transmisit transfudit et incorporavit, prout transfert, transfundit et incorporat praesen. In quod quidem Ius praesens Cessum, summam ac bona summa eadem onerata, praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscen transfusa is idem Recognoscens Gnosus Andreas Pobidzinski praefato Gnoso Martino Pobidzinski filio Cessionario suo eiusq posteris, iam ex nunc et de facto coram officio praesenti, dare et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et nobiles duos, die quacunq voluerint efficere acceptaverint. Per ipsum Gnosum Martinum Pobidzinski filium Cessionarium suum et ipsius posteros hoc idem Ius praesens Cessum, summam ac bona summa eadem onerata praemissaq omnia per praesen transfusa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus, competentijs et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumq successorum, quosuis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, praefati Iuris Originalis ea omnia latius in se complecten praesen Cessi et transfusi vigore. Deberq et tenebitur memoratus Recognoscens Gnosus Andreas Pobidzinski subdapifer Novogrodien, prout se ac suos successores, in et super bonis suis gratis omnibus ac summis quibusuis pecun habitis et haben, praefato Gnoso Martino Pobidzinski filio Cessionario suo inscribit et obligat praesen ipsum et eius successores in dicto Iure Cesso, summa ac bonis summa eadem oneratis praemissisq omnibus praesen transfusis, et ratione eorundem

praesentibus

præsentibus abscessorum ab omni et quavis impetitione Juridica, quarum-
cunq personarum, Cujuscunq Conditionis status et sexus Cujusvis existentium
ex parte ratione et occasione sui Recognoscentis et suorum successorum Juridicè
præsens Cessi tantummodo et non ultra exorienti, in omni Judicio et officio
Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, evincere, inter-
cedere, et eliberare, indemnemq eum posteris reddere, nec non hoc ip-
sum præsens Cessum summam ac bona summa eadem onerata præmissaq
omnia præsentibus transfusa, ab omnibus in genere Juribus et Inscripti-
onibus prioribus et posterioribus, supereadem præmissa omnia præsens Con-
descensa, Cujuvis personarum, modo quocunq, idem ex re persona et occa-
sione sui Recognoscentis suorumq successorum, tantummodo et non ultra fa-
ctis et faciend. Tum etiam à quibusvis Citationibus supereadem præmissa
omnia, per præsentes Cessa importatis et importandis Literis deniq et Perlu-
inis, Processibusq Juris quibusvis, in quocunq puncto et gradu Juris dependen-
tem, et in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super
præmissis omnibus præsens transfusis, idem ex re persona et occasione
sui Recognoscentis suorumq successorum tantummodo et non ultra per-
ductis et perducendis emundare et eliberare, mundaq et libera semper
facere, ac etiam Intromissionem præfatam coram officio præsenti admis-
sam, in fundo bonorum præfatorum summa eadem præsentibus abcess-
sa oneratorum, dum per Autoritatem competentem et Nobiles duos officiose
requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere da-
re et effectualiter admittere. Dataq et admissa eadem, possessionem et
usumfructum præmissorum omnium præsentibus transfusorum quovis
modo tam per se, quam per suos quasvis submissas et subordinatas
personas, non expellire nec adimere, ipsumq Cessionarium suumque
successores in præmissis omnibus præsentibus Condescensis nullo modo in-
quietari, ita ut is idem Cessionarius suus cum suis posteris, hoc idem-
que præsens Cessum summam ac bona summa eadem onerata præ-
missaq omnia præsentibus Cessa, cum universis eorum utilitatibus

9401

et successoribus competentiaq et prorogativa quavis quiete et pacce praesentis Inscriptionis Cessionarius vigore tenere, habere, et possidere queat, illisq uti frui possit, Filij sub Vadio summae Trium Millium Florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius posteros praenominato Cessionario suo, et illius posteris ob non complectionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Andreas de Pobidno Pobidzinski subdapifer Novogrodiensis sive eius successores, ad Instantiam praefati Generosi Martini de eadem Pobidno Pobidzinski filij et Cessionarij sui, vel eius posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense Terrarum recessu supra scripto quoad respondendum specie mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic, satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum legatione intra vel extra de gnum servitio militari, ad munimenta ad eum tonens vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietorem ultra praefati Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terrarum dilationem sibi non recipiendo, nullasq motores appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis citationibus suspensionibus, fatalibus Iuris Personae Terrae bello Convocationes ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo aliquo quovis evadendo. Harum praesentium personalis recognitionis ad praemissa mediante.

Iidem mutuo inter se Roborant.

Comparentes

Premysl...